

Aprofundando... VI

Aula 6 – Base 2

CAPITULUM SECUNDUM

EPISTULA AB HISPANIA

Aurelius magnam villam habet cum magno horto. Ecce hortus villæ Aurelii. Hortus eius pulcher est. In horto sunt multæ rosæ liliaque. Rosæ pulchræ sunt. Lilia pulchra sunt. Fabia in horto est et rosas carpit. Theodora, una ex ancillis Fabiæ, in hortum currit et dominam salutatur:

Theodora: “Salve, domina!” Domina ab ancilla salutatur.

Fabia: “Salve, ancilla!” respondet Fabia. Ancilla a domina salutatur. “Quid est?” interrogat Fabia.

Theodora: “Age! Veni, domina! Tabellarius hic est et epistulam habet! Ostiarius cum eo ante ostium villæ est.”

Fabia: “Quid? Epistula? Quis epistulam mittit?” Fabia cum ancilla ex horto in atrium venit et ad ostium villæ it.

* * * * *

Tabellarius ostiarium salutatur: “Salve, ostiari! Ecce epistula!” Ostiarius tabellarium salutatur: “Salve tabellari!” Tabellarius ostiario epistulam dat. Ostiarius epistulam a tabellario accipit et unum nummum tabellario dat. Tabellarius lætus ostiarium salutatur et ab ostiario salutatur. Postea discedit.

Iam Fabia in atrio est et ostiarium vocat: “Ostiari! Ubi est epistula?”

Ostiarius: “Hic est, domina” et epistulam dominæ dat. Ostiarium Fabiæ epistulam dat. Fabia ab ostiario epistulam accipit. Fabia epistulam videt et dicit: “Epistula ab Hispania venit. Non mea est, sed Aurelii. Ubi est Aurelius?”

Theodora: “Aurelius cum servis est in peristylo.”

Fabia: “Age, Theodora! Aurelium voca! Curre!”

Theodora statim paret et ad peristylum currit.

* * * * *

Peristylum villæ Aurelii magnum et pulchrum est. In eo columnæ marmoreae magnificæ sunt. Illic est Aurelius. Quid agit Aurelius in peristylo? Aurelius tacitus per hortum ambulat et secum cogitat: “Pater meus in Hispania habitat et iam octogenarius est... Iam multis annis oculi mei eum non vident... Valetne pater meus? Bene se habet? Quis scit?...”

Servi Aurelium tacitum vident. Qui servi eum vident? Arsenius et Erastus eum vident. Arsenius Erastum interrogat:

Arsenius: “Cur turbatus est dominus?”

Erastus: “Quis scit?...”

Dum dominus per hortum ambulat et servi eum aspiciunt, Theodora subito in peristylum advenit et dominum salutat:

Theodora: “Salve, domine! Domina in atrio est et te vocat! Epistulam habet ab Hispania!”

Aurelius: “Quid? Epistula ab Hispania!”

* * * * *